UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Bartolvs A Saxo Ferrato In primam Codicis Partem

**Bartolus**

**Lugduni, 1567**

His, qui ex officio quod administrauerunt, conueniuntur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96119

Visual Library

a ¶ †Oppo. ff. de neg. geſt. l. ex facto. Sol. Quandoq; quis aliquem
nominat in ſuum adiutorem, ⁊ tunc pro illo ipſe tenetur. per illum
enim ipſe gerit, ⁊ pro tali tenetur nominato, vt in contrario. Sed
quãdo eligitur aliquis ad aliquod officium diſtinctum a ſuo, non
nominat ſibi ſucceſſorẽ, ⁊ tunc nominator non tenetur, vt hic. Not.
tex. qui dicit, nec ad nominatores manus porrigi, intelligitur enim
manus porrectio intellectualiter magis quam corporaliter. Facit
ſ. de nau. Tybe. l. j. ⁊ de iure cod. l. quod per manus. eſt hic argum.
pro teſte qui interrogatus quomodo ſcit, dicit quod tetigit cum
manibus, licet non eſſet res tangibilis, quod referatur ad ſenſum
b congruum illius rei.[b]

ADDITIO.

a ¶ Nominato Adde Bal. in l. nominatori. C. de pig. per illum text.
a ALEX. ¶ Adde Bal. in l. non omnium. in fin. ff. de leg. ⁊ in l. iij. in
vij. q. de teſtamen.

## De periculo [a]eorum, qui pro magiſtratibus inter. Rub. XXXIIII.

ADDITIO.

a ¶ Aduerte quod Bart. legit tantum modo vſque ad hanc rubr.
de pericu. vt refert do. Iaſo. in l. ſi fideiuſſor. §. fi. ff. qui ſatiſ. cog. ⁊ in
l. quidam cum filiumfami. ff. de verbo. oblig. Alex. Loſeus.

LEX VNICA.

FIdeiuſſores. Fideiuſſor tenetur Reipublice ad intereſſe, non ad penam in quam magiſtratus incurrit delinquendo. h. d. Item no. in l. fi. ff. de fideiuſ. hodie vero forma fideiuſſionis tali modo recipitur quod in penam tenetur: promittunt enim intereſſe, ⁊ omnes condemnationes que fient de eo.

## Quo quiſque ordine conueniatur Rub. XXXV.

LEX I.

ETſi duobus. Adminiſtratores ciuitatis
tenentur inſolidum omnes,
licet ſimul adminiſtratio ſit conceſſa, ſecus ſi pro portio
nibus diuiſis. Primo tamen gerens, non ſecundo ge-
rens, conuenitur quaſi vno mortuo alij in adminiſtrando culpam
1 commiſerint pro tali culpa, heredes mortui non tenentur. h. d. †Et
not. quod quando plures aſſumunt officium publicum eo ipſo in-
telliguntur eſſe duo rei, licet hoc non ſit expreſſum, hoc eſt verum
de iure iſto, ſecundum q duo rei conſtituebantur tacite. Sed cum
hodie neceſſe ſit hoc expreſſe agi, vt in aut. de duo. reis. in princ. ſed
ſi non expreſſum agatur quod ſint duo rei, quod hoc caſu non erũt
duo rei, ⁊ gl. in l. proxi. no. ſub dubio forte. quod ſingulariter nota.

LEX II.

QVoties. Si duobus pro indiuiſo adminiſtratio eſt iniuncta, quilibet prius conuenit quam nominator, ſed ſi pro ſeparatis portionibus, tunc primo adminiſtrator, deinde fideiuſſor, poſtea nominator, vt loco collega. h. d. Et no. hanc. l. in hoc quis ordo debeat ſeruari in conuentione ⁊ exactione officialium publicorum not. ſ. de conue. fiſc. deb. l. quoniam Augerio. Et not. iſtam. l. que fuit alle. in q. de facto ſi eſt actum contra vnum ex obligatis inſolidum, ⁊ eſt facta excuſſio realis, ⁊ perſonalis, an poſſit agi contra tertium poſſeſſorem rerum, non excuſſo primo alio correo obligato inſolidum.

LEX III.

SI ita. Quãdo officium eſt diuiſum inter officiales, prius conuenitur nominator quam collega, alias ſecus hoc dicit ſecũdum verum intellectum. Et intellige primam partem vſque ibi, cum in magiſtratibus, quod officiũ ⁊ adminiſtratio inter officiales erat indiuiſum, ſecundam partem intellige quod erat diuiſa adminiſtratio, ⁊ ita tenet gl. hic.

LEX IIII.

CVm te. Si adminiſtratione diuiſa vnus collegarum pecuniã collocauerit quam reſpublica conſequi non poteſt, eo mortuo heres eius primo eſt conueniendus, ſecundo poſſeſſor, tertio nominator, quarto collega, hoc dicit.

a ¶ †Not. hic caſum quod actio perſonalis ſequitur fundũ, de quo
dixit. l. ij. ſ. tit. iij. regulariter contra, vt l. j. §. ſi heres, ⁊ §. ſi ex fundo.
ff. ad trebell.

ADDITIO.

a ¶ Vide glo. in l. j. §. ſi heres, ad Treb. licet Fran. de are. ibi reprehendat illam glo. quia ille text. loquitur in ciuitate, que non habet priuilegium hypothece. l. ij. ſ. de re. pig. in l. ſimile. ff. ad mun. Unde dicit eſt quod hic eſt ſpecialis caſus. vel potes ſoluere, vt per glo. ⁊ Bart. in l. j. ſ. de debi. ciui.

## Ne quis liber inuitus. Rubr. XXXVI.

LEX I.

SI vt proponis. Ibi, inter officia, id eſt, actus ſiue miniſteria. ⁊ ſic improprie ponitur. Nã nihil q ſit officium proprie ſeruus habere poſſet cum officia publica conueniunt liberis tñ ⁊ per hoc litera que dicit murilegulos, ⁊ vaſtagarios habere dignitatẽ, ſtat improprie, cũ illi murileguli ſint ſerui, vt no. in gl. rubrice illius tituli. Patet ergo q dignitas vel officiũ nõ põt per eos exerceri, cum dignitatis vel officij ſerui nõ ſint capaces, vt. ſ. ſi ſeruus vel liber. ad decu. aſpi. l. j. ⁊ ij. ⁊ de tabel. l. generali. Patet ergo quod non eſt officium nec dignitas.

## Sumptus iniuncti muneris ad omnes collegas pertinere. Rubr. XXXVII.

LEX VNICA.

CVm ad munus. Si vnus ex pluribus officialib[us] electus expẽſas totius muneris ſupportauerit, pro rata eas repetet a collega hoc dicit Nota pro eo quod vidiſtis ſ. de legati. l. ij. lib. x.

## De his qui ex officio quod adminiſtra. conueniuntur. Rubr. XXXVIII.

LEX VNICA.

FEnoris. Reipublice debitor, ſi reperitur min[us] idoneus adminiſtrator, tenetur ad ſortem quam ei mutuauit, non autem ad vſuras tenetur.

## De ſolutionibus, & liberationibus. Rub. XXXIX.

LEX VNICA.

CAutiones. Apoche de ſoluto a ſeruis pu-
blicis confecte ita demum debi-
toribus ſoluentibus proſunt ſi a curatore Reipub. ſunt
ſubſcripte aut pecunia ſoluta in vtilitatem publicam eſt
conuerſa, ⁊ non aliter, ⁊ ſi dolo ſerui publici debitor ſoluerit pecu-
niam curatori, nec in vtilitatem publicam eſt conuerſa, tenetur cu
rator de peculio eius ſerui, ⁊ debitor remanet obligatus. hoc dicit.
1 †Et no. ex hac l. quod non dicitur ſoluens pecuniam ſoluere, niſi
recte ſoluat, ⁊ ideo ſoluens non liberatur, licet tamen non libere-
tur non poteſt conueniri, niſi in ſubſidium, vt ſ. de conue. fiſc. deb. l.
2 ij. lib. x. †Ultimo no. quod quando pecunia ſoluitur adminiſtrato-
ri ciuitatis non recte, quod non preſumitur verſa in vtilitatem ci-
uitatis, niſi probetur eodem modo ſi ſolueretur minus recte tuto
ri vel curatori, quod not.

## De ſpectaculis, & ſcenicis, & lenonibus. Rubr. XL.

NOn inuidemus. Hic imperator p-
mittit quibuſdam
qui ſcenici appellantur celebrare ſpectacula, maxime
cum ipſi velint ea facere ſuis expenſis. hoc dicit in gloſ.
1 conſentientes, ibi, vel populi in agendis. †Nota quod ſufficit con-
a ſenſus populi[a] in agendis licet reluctentur primates.

ADDITIO.

a ¶ Sufficit conſenſus populi. adde iſtum in rubri. ſ. de reſcin. ven.
verſi. item ſi collegium. ⁊ in l. maiorem. ff. de pac. ⁊ Alexan. omnino
in l. quod maior. ff. ad muni. ⁊ dixi poſt Iac. rebuf. in l. cum te. num.
j. ſ. quan. ci. mu. indi.

LEX II.

EOs. Qui deſeruientes ſacris ludis, nullo afficiuntur
ſupplicio hoc dicit ⁊ ratio, quia tales ludi ſunt
a liciti, [a] ideo ludentes non infamantur. Hic non ſunt alia.

ADDITIO.

a ¶ Liciti. Quis ludus ſit licitus vide Old. in conſi. lxxviij. ⁊ d. So-
ci. in conſi. xvj. incip. circa predictam conſultationem. verſic. verum
predictis non obſtantibus. cum verſi. ſeq.

LEX III.

QVisquis. Accipiens equum deputatum ſpectaculis ⁊ eo vtens ad ſui commodũ, in vna libra auri punitur.

LEX